Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2259
Quelle:
Copyright:

ſtrum papam factam et ſuam pretenſam diſſolucionem, ut T. XVII. *col.* 363. ad *Seſſ.* XXIX. *Decretum ſuſpenſionis Eugenij ab adminiſtracione*, ut *col.* 376. ad *Seſſ.* XXXI. et reliqua hujus *Seſſ.* Decreta. *Decretum nouiſſime promulgatum ſuper tribus veritatibus katholicis.* Eſt *Seſſio* XXXIII. anno 1439. ut *col.* 389. Adjuncta tamen eſt quaedam harum Veritatum Deductio, quae in Editis non reperitur. *Decretum Eugenij contra determinacionem Veritatum Baſilee.* ut T. XVIII. *col.* 1202. Demum *Seſſio* XXXVI. ut T. XVII. *col.* 393.

Fol. 193. *Cedula* ſive Inſtrumentum Sanctionis Pragmat. *Maguncie in Stuba capitulari Maioris eccleſie Magunt. Anno M°. CCCC°. triceſimo nono. Indict. ſecunda. Die vero Jouis 26. menſis Marcij* lectum et publicatum a *Theodorico Ebracht* Can. *Aſchaffenburg*, qui cum *Leonhardo Patav.* et *Petro Auguſt.* Epp. *Johanne* Abb. ad *Scotos Vien. Georgio* Praep. *Neoburg.* Can. Reg. *Georgio Fiſchlin* Milite et *Joh. de Eich* V. J. D. ad hunc Conventum *Alberti* II. Imp. legatione fungebatur, et firmatum ab *Joh. Bracht* Notario Imp. quo Proceres *Germaniae* longa ſerie nominati Decreta Concilii *Baſileenſis* acceptant, demtis iis quae contra *Eugenium* lata ſunt, et variis clauſulis, ſeu reſervationibus ad alia adpoſitis, non igitur, ut quidam Scriptores intelligi volunt, ſimpliciter admiſſa. Monumentum ipſum e Tabulario Elect. *Mogunt.* repraeſentavit *Cph. Guil. Koch Sanct. Pragm. Germ. illuſtr. Argent.* 1789. p. 93. 4. extare videtur etiam *Romae* in Codice *Vallicellano*, ut legi apud *Baronii* Continuatorem *Annal. Eccl.* T. XVIII. ad *a. cit.*

Fol. 198. p. 2. *Decretum Concilij Baſilien. contra Decretum Moyſes.* Id eſt ſupra indicatum e *Labb.* T. XVIII. *col.* 1202. Eſt *Seſſio* XXXVIII. ut *Labb.* T. XVII. *col.* 401. Accedunt *Nomina et qualitates Electorum futuri pape* e *Decreto* III. hujus *Seſſ.* verum plenius in Editis *col.* 407.

Fol. 202. p. 2. *Aliud Decretum contra libellum prefatum Eugenij Moyſes.* Apud *Labb.* inter *Epiſtolas Synodales n.* XV. *col.* 547.

Fol. 211. *Reſponſio Synodalis.* Illa nempe, quae inter *Epiſtolas Synodal.* apud *Labb. n.* VII. *col.* 488. incipit: *Cuperet haec ſancta Synodus vobis* &c. Verum in Codice praemittuntur ipſa quatuor *Eugenii* per Legatos ſuos propoſita Puncta, ad quae Patres reſpondent, nempe: Velle ſe recipere Decretum de Electionibus et Annatis, velle complacere in omnibus aliis juſtis, rationabilibus et ſibi poſſibilibus petitionibus, cupere, ut eligatur locus Concilio et ſibi opportunus pro tractanda cum *Graecis* unione, conſentire, quandoquidem urgeat Concilium, in publicationem generalium Indulgentiarum. Initium: *Pridem a vobis dilectis Eccleſie filijs Nicolao tit. Sancte Crucis et Johanne tit. ſancti petri ad vincula Apoſtolice*